



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DELINEATIO  
JURIS NATU-  
RALIS,

ANN O CHRISTI M. DC. LV.

JENÆ  
PUBLICI JURIS FACTA,

ET NUNC,

OB EXEMPLARIUM A'  
THEOLOGIÆ ET JVRIS CVL-  
TORIBUS MULTOTIES DESIDE-  
RATORVM DEFECTVM,

ANNO M. DC. LX.

HALBERSTADI  
DENVO EDITA,

à

M. HENRICO AMMERS-

BACHIO,  
HALBERSTADIO-SAXONE,  
P. P. P.



E CASSITEROGRAPHIA COLWALDIANA.



*DELINEATIO  
JURIS NATU-  
RALIS,*

ANN O CHRISTI M. DC. LV.

*JENÆ  
PUBLICI JURIS FACTA,*

*ET NUNC,*

*OB EXEMPLARIUM A  
THEOLOGIÆ ET JVRIS CVL-  
TORIBUS MULTOTIES DESIDE-  
RATORVM DEFECTVM,*


*ANNO M. DC. LX.*

*HALBERSTADI  
DENVO EDITA,*

à

*M. HENRICO AMMERS.*

*BACHIO,  
HALBERSTADIO - SAXONE,  
P. T. P.*



*E CASSITEROGRAPHA COLIVALDIANA.*



*DELINEATIO  
JURIS NATU-  
RALIS,*

ANN O CHRISTI M. DC. LV.

*JENÆ  
PUBLICI JURIS FACTA,*

*ET NUNC,*

**OB EXEMPLARIUM A'  
THEOLOGIÆ ET JVRIS CVL-  
TORIBUS MULTOTIES DESIDE-  
RATORVM DEFECTVM,**

*ANNO M. DC. LX.*

*HALBERSTADI  
DENVO EDITA,*

à

**M. HENRICO AMMERS.**

*BACHIO,  
HALBERSTADIO-SAXONE,  
P. T. T.*



*E CASSITEROGRAPHA COLVVALDIANA.*

SINGHARAJA  
KOLKATA  
BENGALESE  
VILLAGE  
SCHOOL  
MANAGER  
COLLECTOR  
BENGAL  
1896  
RECEIVED  
BY  
THE  
MANAGER  
1896

DISPUTATIO PHILOSOPHICA,  
de  
JURE NATURALI,

In Illustri propter Salam Academâ,

P R E S T A T E

JUSTISSIMO JURIS NATURALIS AUTORE,  
C O N S E N T I E N T E  
A M P L I S S I M A F A C U L T A T E P H I L O S O P H I C A .

P R A S I D E

M. HENRICO AMMERSBACHIO,  
HALBERSTADIO - SAXONE,

R E S P O N D E N T E

CHRISTOPHORO LUDOVICO FISCHER,  
HALBERSTADIO - SAXONE,

Placida ventilationi

In Orbisfrâ Philosophâ

ANNO clo IEC LV. Prid. Id. Sept.

Horis Antemeridianis

E X P O S I T A .

Typis JOHANNIS NISII.

ANTEPAGMENTUM.

 Alexander Severus, teste Lamprid. in  
ejus vita, ius naturæ, tempore & dignitate pri-  
matum inter omnia iura obtinens, palatio suo  
aliisque

atque Edificiis publicis, non quidem ad ambitiosam  
ostentationem, sed ad seriam dilectionis erga proximum  
excende commonefactionem inscribi & insculpi fecerit.  
Nos in presentia, non nisi exercitii gratia, idem hoc natu-  
ræjus, utpote quod ipse Deus vivis indelebilis cordi no-  
stro ipsius, chartaceis cippis inscribemus. Sit itaque  
**B. Q. D. ut verborum ambages exorsaq; longa**  
facciant,

§. 1.

**V**ocabulum iuris valde est ambiguum. 1. Juris no-  
mine venit omnis id, quod iustum & æquum, immo  
quod bonum ac honestum est; & modo fas, modo  
æquitas, modo iustum, modo iustitia ipsa apud Autores  
clari. Singula autem à iure differre. qui visetiam Tyresia  
coecior cernit. 1. diff. fas à jure, fas enim, ut inquit E. p. l. c.  
Hispal. I. lib. 5. Etym. cap. 2. est lex divi-  
na, ius vero humana. Hoc sensu ait Latialis Home-  
rus, Virgil. lib. 1. Georg. fas & iura sinunt;  
Id quod à Lingvarum censoribus explicatur: Divina &  
humana iura permittunt. 2. diff. æquitas à jure, æquitas  
enim non constat certis quibusdam præceptis, sed singula-  
rium casuum & circumstantiarum varietatem boni judi-  
cis arbitrio relinquens; quorum neutrum de jure dicitur.  
3. diff. iustum à jure, quo cumque etiam modo iustum acci-  
piat, sive formaliter sive materialiter, priori modo iustum  
in criterium vocatum dicitur id, quod iuste factum: poste-  
riori modo dicitur de homine iustum actionem suscipien-  
te, de re iusta de quovis iusto facto; ius vero est quod iusti  
facere habet. 4. diff. iustitia à jure, ius enim est objectum,  
effectus & fructus iustitia. 11. Sumitur ius pro iuris stu-

do & facultate, quæ dicitur jurisprudentia, à quâ tamen  
differt, ut objectum à suâ, in quâ tractatur, disciplinâ. **III.**  
Sumitur jus pro tribunali, judicio, foro, in quo iurisdictio ad-  
ministratur, & jus suum unicuique redditur, in hâc signifi-  
catione dicit senex **Demipho** ad **Parasitum** apud **Ten-**  
**tent.** **Phorm.** **Act.** 5. **Sc.** 8. in jus ambula. Dif-  
fert autem jus à judicio vel foro ut norma, canon vel re-  
gula ab ipso opere, quod secundum canonem instituitur:  
sicut enim canon, sive δοκτερικῶς, sive ἀπορεύ-  
ματικῶς accipias, medium, excessum & defectum rei  
ostendit; ita etiam secundum juris canonem omnia sic-  
ti præstat, quâm pro hominum voluntate,  
non enim secura est regula decidente Philos.

**2. Polit.** 10. **IV.** Sumitur à quibusdam jus pro lege,  
aliò verò distinguunt inter jus & legem, quia **Jus** est ma-  
teria legis, ut dicit **Greg. de Valent.** & iura sive  
justa sunt, quæ lex juberet facere, **I. M.** M. 34.  
Ex quibus loquitur, legem indicare potestatem quandam  
civilem & constitutionem scriptam. Hoc inquere etiam  
videtur **Thom.** 2. 2. quæst. 57. a. I. ad 3. ratio-  
nem æqui & justi, si in scriptum redigatur  
legem esse dicens. Hinc iam sit differitas inter jus  
& legem, ut inter genus & speciem, ut inquit  
**Graian.** ex **Isid. dist.** I. **can.** 2. ita, ut jus competit  
legibus scriptis & non scriptis, lex verò tantum jus scri-  
ptum dicatur, & iuri non scripto opponatur. **V.** Significat  
jus prærogativum, facultatem vel potestate p[ro]moralicem,  
quam quis in re vel ad rem habet. Hoc modo est propri-  
um ob-

um objec<sup>tum</sup> iustitiae , uti constat ex Thom. l.c. diciturque **jus utile & reale** , ad distinctionem juris honesti & legalis. Sic Abraham , Gen. 23. ¶. 4. petiit , sibi jus dari sepulchri in terrâ Canaan , id est , facultatem sepelliendi . Differt autem talis facultas vel libertas ab ipso jure , ut fructus sive effectus à suâ causâ . VI. Vocabulo juris denotatur præscriptum legis , vel recta quædam ratio , quæ in jubendo & vetando , quid sit licitum vel illicitum , præscribit , iuxta effatum Ciceron: lib: 1. de leg. Et hoc modo hîc loci nobis sumitur.

### §. 2.

Parili modo magna ambiguitas latet in vocabulo naturalis . Nos omnes ambiguitates nulli descriptum imus , sed eas tantum , quæ nostro instituto deseruiunt , vestigamus . In hâc indagine offerunt se nobis vestigia , B. D. Horn: Institut: Log: lib: 5. quæst: 9. pag: 539. dicentis : Observandum hîc ex P. Soncinate 4. Met. quæst. 33. & Javello 2. Met. quæst. 1. dupliciter aliquid naturale dici : *Vno* quidem modo , quod naturæ ab initio actu inest , sicut naturale homini est videre , intellectum & voluntatem habere ; *Altero* verò , quod quamvis actu ab initio rei non insit , secundum proximam tamen potentiam inest , & tale est , ut natura absque externa ope id producere posse sit ,

**S**icut sicut naturale lapidi est, ut descendat: et si  
enim motus ille non statim ei inest, cum pro-  
ducitur, sicut gravitas causa illius motus, po-  
tentiam tamen lapis habet, ut circa illum  
aliud adminiculum ita moveatur. Cùm er-  
go propositiones per se notæ dicantur, natu-  
raliter notæ esse, non priori, sed posteriori  
sensu vocabulum naturale usurpatum. Nec  
aliter Theologi aut Paulus Legem naturæ in-  
natam & cordibus inscriptam vocant, nec  
Paulus (Aristot. 3. de an. c. 5. l. 15. dicenti: Ho-  
minis animum tabulæ instare esse, cui nihil à principio in-  
scriptum sit) repugnat, quia hic de eo, quod na-  
turale priori sensu est, loquitur, ille de eo,  
quod posteriori: et si enim lex naturalis non  
est nota, cùm primum nascimur, ita tamen  
evidens est, ut sola natura sine institutione,  
aut ullo externo adminiculo ad ejus cogniti-  
onem acquirendam sufficiat.

§. 3.

Archelaus & Carneades, Anaxagoræ  
discipuli, item Pyrrho Διορρήκτης Coryphaeus & alii  
jus naturæ apinas affanias putarunt humanaque omnia  
constitutione finiri contenderunt. Horum sententia à va-  
riis variè refutatur. Nos jus naturale reverâ dari, unicò  
**CON-**

**CONSCIENTIAE** vocabulo statim invenimus. Hanc  
etiam significat quod in usus mortalium subscriptere conciter. Ne quis  
cavet ipsi Gentium Doctor aliud urget in sua ad Rom:  
Epist: c. 2. v. 15. Testis itaque omni exceptione ma-  
jor est conscientia: immo non solum testis est, sed etiam ipse  
tortor, judex, actor, reus, carcer, flagellum,  
executor & carnifex, teste Cyprian: serm: de  
Cœn: Dom. Hinc Chrysost: in explic: Psal: 7.  
inquit: Etsi millies quis improbus fuerit, non  
interiri iudicium conscientiae. Est enim na-  
turale, & a DEO ab initio insitum, etiam si  
quis ambitione se millies jactet & gloriatur,  
instat illud vociferans, castigans, condem-  
nans, & nemo est eorum, qui vixit in scelere,  
qui non innumerabiles dolores sustineat, &  
de malis consultans, & consilium exequens.  
Nihil horum latuit Gentiles. Egregie Sulmon. Vates  
lib: 1. Fast: inquit:

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra  
Pectora pro facto spemque metumque suo.

**Non minùs egregie** ait Satyr: ille Juvenal: Sat. 13.

Exemplò quodcunque malo committitur, ipsi  
Dispicet auctori, & prima est haec nütio, quod se  
Judice nemo nocens absolvitur, improba quamvis  
Gratia fallacis prætoris vicerit urnam.

Hisce gemella apud alios complures legere datur. Et huc  
referuntur **Furiæ** & **Ditæ** illæ, quibus tanquam ahe-  
nis

nis tormentis Ethnicos, v.g. Oresten, Nefotem;  
Caligulam, &c. lacinatos legimus. Vid: Natal:  
Comit: tot: l. 3. Myth.

§. 4.

Bifidum h̄ic dubium discutiendum. Primum erit  
ex peccato Adamitico, per quod jus naturale planè amis-  
sum videtur, quia post lapsum non solum voluntatem bo-  
num faciendi nobis ademptam, verum etiam intellectum  
ad bonas cogitationes inceptum scimus. Respond: Per la-  
psum jus naturale non sublatum. Omnipotens quidem contra  
Cacolycam Apostaticam Papæ cathedram nobis afferen-  
dum, quoad spiritualia liberum arbitrium planè esse amis-  
sum. Illud autem non extendendum ad civilia; Quoad  
civilem enim justitiam efficiendam, & deli-  
gendas res rationi subjectas, humanam vo-  
luntatem habere aliquam libertatem docet,

A. C. a. 18. Si igitur naturā homo facere potest, quod  
civiliter justum, multò magis etiam intelligit, quæ ad civi-  
tem justitiam requiruntur: plus enim est facere quam sci-  
re. Et unde, quæsio, tanta Alexандri Magni, Themistoclis  
fortitudo? Unde tanta Socratis, Pythagoræ temperantia?  
Unde tanta Aristidis, Catonis justitia? Non certè ex libro  
scripturæ, sed libro naturæ: tertium enim non datur. Na-  
ture lumen & ratio rationis dictamen unicum illud dici-  
tur principium, cuius beneficio gentes honesta à turpibus  
discriminârunt, ut adeò non opus sit, dicere: jus naturale  
Iumine naturæ cognosci non posse, sed ad revelationem  
recurrentum, indeque principia de discrimine honesto-  
rum & turpium perenda. Ut eniam post lapsum adhuc non

B

quidem

quidem mirabilia, sed potius miserabilia quedam ruderia  
& reliquiae imaginis divinæ d' Aut' ego scilicet spectat in  
nobis supersunt: ita etiam certum, scintillulas quasdam &  
favillas in intellectu nostro esse, ex quibus honestorum &  
turpium discrimen tanquam ex lydio lapide elicere pos-  
sumus.

§. 5

Secundum dubium in eo positum: quod scilicet non  
apud omnes, sed quosdam tantum homines ius naturale  
videtur obtinere, totas enim nationes Cyclopicam tan-  
tum non vitam agere & tali jure, quod nihil minus quam  
ius est, uti, ex quam plurimis Histor: & Geograph: constat.  
Vulgò ad hoc dubium Moralia Doctores Resp: ius natu-  
rale propter malam educationem, propriâ culpâ oblige-  
rari & extingvi posse. Responsio illa cum grano salis ac-  
cipienda, quamvis enim, quoad actum secundum, ius na-  
turale non recurret per malam educationem & conse-  
quendam præpediatur, & ejus loco aliud perversum ius ad-  
hibetur, quoad actum primum tamen semper salvum  
manet & integrum, adeoque à pravo affectu non licet  
concludere ad naturalem defectum. **Quemadmo-**  
**dum Sol non perit, licet nec luceat nec videa-**  
**tur à nobis ob interpositas nubes: ita lux ani-**  
**mis indita semper, quamvis non luceat, cum**  
**tenebris malitia & affectata ignorantia in-**  
**volvitur, ut inquit Meisn: Lib:3. de Leg:q.1.p.153.**  
**Nullum verò, quoad hæc nobis est dubium, quin multi in-**  
**ter Euribatizantes illas nationes diversum à consuetudi-**  
**ne populi sentiant, dicentes: Video meliora, pro-**  
**boque**

**boque deteriora sequor.** Si qui autem ignorantia illa non est invincibilis & voluntatem antecedens , sed vincibilis & voluntatem consequens. Nec aliud svadent perversi & contrarii corum mores , non tollunt scilicet illi ipsum jus naturale , quemadmodum cibus dulcis , etiam si agrotanti amarus videatur , propterea tamen dulcedinem non amittit , aut amarus efficitur ; ita jus naturale , etiam si pravæ male moratorum consuetudini inustum videatur , propterea bonitatem suam non amittit.

§. 6.

De definitione juris naturalis magna est Autorum divisionia. Aristot: 5. Eth: 7. ita definit : Quod ubique eandem vim habet , & non , quia ita videtur vel non videtur . Burlæus haut proletariæ alias eruditionis vir ad hunc locum putat , jus naturale esse ipsam æquitatem , dum dicit : *Justum legale indiget directione , quæ fit per Thætæs , sive justum naturale.* Sed fallitur Burlæus . Sæpè quidem legum defensus suppletur per ( per dic: non secundum) justum naturale , non tamen hinc illa emendatio est ipsum jus naturale , nam in legibus positivis humanis potest etiam id , quod deest , suppleri per alias leges positivas humanas. Gratian: d. i. pr. dicit: *Jus naturale est , quod in Lege & Evangelio continetur , quo quisque jubetur alii facere , quod sibi vult fieri , & prohibetur alii inferre , quod sibi nolit fieri , &c.* Ad hæc verba commentatur Suarez l. 2. de leg. C. 7.

n. 9. hoc modo : Dico ergo, Gratianum non di-  
cere, jus naturale complecti omnia , quæ in  
Lege & Evangelio continentur, neque illo  
modo describere seu definire jus naturale.  
Sed affirmare solùm hoc , jus naturale conti-  
neri in Lege utique, quo ad præcepta moralia  
ejus, & præcepta duarum tabularum, & illud  
etiam contineri in Evangelio, vel quat: ex-  
pressè in eo confirmantur & explicantur  
præcepta decalogi, Matth: 5 vel quat: virtute  
totum jus naturale continentur in illo princi-  
pio, quod habetur Matth: 7. quodcumque vultis,  
ut faciant vobis homines, & vos facite illis , & hoc ulti-  
mum fuisse, videtur à Gratiano maximè in-  
tentum. Unde sic ejus litera conjungenda.  
Jus naturale est , quo quisque jubetur alii fa-  
cere, quod sibi vult fieri , quod in Lege & Ev-  
angelio connectur. Rectissimè dicit Suar. Gra-  
tianum non velle, jus naturale omnia complecti , quæ  
in Lege & Evangelio continentur. De Legē certissimum  
est . De Evangelio Dic. sola excipi præcepta credendi &  
Sacramentorum, hæc enim homo sibi relietus non intel-  
ligit ; reliqua præcepta ad unum omnia iuris naturalis esse  
asserimus. Hugo Grotius , Vir aliàs non incelebris  
memoria , I. 2. de J. B. & P. C. 2. n. 6. diversum in  
hoc

hōc sentit, dām dicit: 1. Extra præcepta cretōndi & Sacramentorum, ēsse quædam in Evangelio, quæ non sine iuris naturalis, v. g. præceptum de concubinatu, diuortio, matrimonio cum pluribus sc̄eminiis, itēta præceptum, quo alii pro aliis mortis periculo nos obsecrare juberunt, i. Joh: 3. y. 16. 2. Chr̄stum in tradendis præceptis, Matt: 5, non tantūm interpretē agere legi Mosaicæ, quia ipse ibidem sua præcepta opponat veterum præceptis. Sed ut nihil diffimulemus, H̄cēdā non placet, ut ut p̄spurissā illita, Grotius, quantus quantus sit, errat, ut à ventis discordibus acta Phaſelus. De illis prioribus: concubinatu, &c. hīc nihil dicēmus. De præcepto illo, i. Joh: 3. quod Grotius quærit: quis dīcat (ad illud) jure naturali nos obligari? per delirum esse vaderetur. Esequid enim voluntibi illa Gentilium? v. g. illud: dulce & decorum est pro patriā mori, quod est Horatii, item illa: Nullus est casus pro dignitate & libertate patriæ non ferendus, quoniam omnia commoda à patriā accepta, nullum incommodum pro patriā grave putandum. Vehementer est iniquum, vitam, quam à naturā acceptam, propter patriam conservaveris, natura cogat reddere, patriæ cum roget non dare: & cum possis cum summā virtute & honore pro patriā interire, malle per dedecus & ignaviam vivere: & cum pro amicis & parentibus, & cœteris necessariis adire peri-

culum vellis, pro Republicâ, in quâ & hoc &  
illud sanctissimum nomen patriæ contine-  
tur, nolle in discrimen venire. Que omnia sunt  
**Ciceronis.** Hac ad primum Grotii dubium. De se-  
cundo, ut simus solliciti, non est opus. Plenissimè dudum  
ad illud respon. Ex: Dri. Conring: in suis ad ejus-  
dem Grot; lib: de Ver: Rel: Christ: Annot: Ma-  
s. Nervus respon: hiç est : Christus nihil præter id, quod  
jam ante juris naturalis hâc in parte demandavit. Nec op-  
ponit se legi naturali vel Mosaicæ, sed Pharisæicæ legis ex-  
plicationi, v. g. Pharisæica explicatio, vers. 41. erat : duo  
lege isthâc Mosaicâ injungiuntur: 1. neminem diligendum præ-  
ter proximum; hoc est popularēm, unde oriebatur Judæ-  
orum illa insociabilis vivendi ratio. 2. odio habendum o-  
mnem inimicum, quod merito Christus improbat, utpote  
quod etiam in naturali legi aduersetur. Per veteres hic intel-  
ligi sunt Pharisæi & Scribæ, qui etiam seniores dicebantur; non illi, qui tempore Mosis vixerant, nam Christus inquit,  
odio habebitis inimicos tuos, quod tamen in lege Mosaicâ  
non reperitur. Sed hæc obiter. Martin. Bonacina,  
**Theolog. & Jurium Doctor, Tom. 2. Theol.**  
**moral. Disp. 1. de Leg. q. 1. p. 2, n. 7. de definiti-**  
**one juris naturalis ita scribit:** Lex naturalis est ipsa-  
met convenientia sive disconvenientia rei  
cum rectâ ratione. Unde disconvenientia,  
quam habet mendacium vel adulterium  
cum rectâ ratione, est ipsa Lex naturalis, quâ  
prohi-

prohibetur mendacium, vel adukcionem.  
Item convenientia, quam habet observatio  
famæ proximi cum rectâ ratione, est Lex na-  
turalis, dictans, servandam esse famam. Alii  
DD. L. naturalem hoc modo definunt: Lex  
naturalis est dictamen, sive tuntem naturale  
nostræ rationis, quo cognoscimus, quæ faci-  
enda & quæ vitanda sunt, ita sentire videtur  
Vazquez l. 2. Disp. 150. c. 3. ( Filiuc. tr. 21. c. tu-  
n 401. ) Verum hæc definitio non videtur à  
priori, sed a posteriori, ut loquuntur Philoso-  
phi. Nam Lex naturalis a priori videtur ipsa-  
mæ rei convenientia vel disconvenientia,  
quam lumine naturæ cognoscimus. Dicimus  
nos paucis ad hæc: male Bonacin. jus naturale definire  
per ipsam convenientiam vel disconvenientiam rei cum  
rectâ ratione: Sicut enim norma vel mensura differt ab  
ipsâ conditione mensurati vel habitudine, quæ per normâ  
notificatur: ita etiam lex naturalis differt ab ipsâ, quam  
indicit, convenientiâ vel disconvenientiâ rei cum rectâ ra-  
tione. Rectius itaque H. Grot. l. c. 1. n. 10. jus natu-  
rale definit per dictamen rectæ rationis, indi-  
cans actui alicui ex ejus convenientiâ vel dis-  
convenientiâ cum ipsâ naturâ rationali ines-  
se moralem turpitudinem aut necessitatem

mora-

moralem, ac consequenter ab autore natura  
DEO talēm actum surget aut præcipit.

¶ Et hoc est deus. § 7.  
Causa juris naturalis efficiens, & quidem principalis, est Deus. Hinc salutatur etiam lex divina; Ipse enim est Author, qui in creatione primi hominis eidem ius naturale inscripsit. Nam Author est ipse quoque Gentiles agnoverunt, ut pluribus, si opus esset, posset nullo labore ostendit. Dubium hic est; utrum ius naturale à Deo sit ut Legislatore; an verò ab eodem tantum, ut primā causā omnium bonorum? Quidam prius, quidam posterius accipiunt. Pars invenit utraque causas. Nos mēmores illius: μέτερον ο πάσιν αριστού, dicimus: ius naturale non solum indicare bonum vel malum, sed etiam ad illud faciēndum vel omittendum obligare, tanquam signum divinitatis voluntatis, bonum præcipiente, malumque prohibentis, ideoque à Deo non esse tantum ut causā primā, sed etiam ut Legislatore præcipiente & obligante. Et hanc sententiam probat Suarez. l. 2. de L. c. 6.

§. 8.

Causa efficiens proxima est natura. Protoplasmum quidem cordibus DEUM ius naturale immediate inscripsisse, indubium est: Post lapsum verò non nisi mediante naturā id fieri afferendum, quia alias (censente Meisn. l. 3. de L. q. 2. p. 160.) rudera illa reliquiæ imaginis divinæ appellari non possent. Quod enim de novo plane & αμέσως inscribitur, illud ipsum etiam nova notitia non veteris alicujus pars reliqua est; non secus ac novum dicitur ædificium,

ficiū, si penitus destructo veteri recentē  
adificetur, licet veteri quodammodo corre-  
spondeat, & ad formam illius exstructum sit.  
*Ioann. Selden.* l. i. de *J. N. & G. J. D. E. c. 8.*  
veretur naturam agnoscere pro causā, hinc in illo *Ulpi-*  
*ani: Jus naturale est*, quod natura omnia  
animalia docuit, per naturam intell: putat **Deum**  
reprehenditque q. Bartolum, qui eo nomine Glossam  
reprehendat & naturam naturatam, non naturantem sive  
**Deum** in verbis allegat. denotari velit. Dubietas hæc viro  
huic absque dubio orta ex hæreticâ Judæorum opinione,  
quâ statuerunt, animam non esse essentialē hominī  
perfectionem, nec posse dici formam corporis, nisi sicut  
nauta dicitur forma navis, &c. Unde putarunt, naturam  
in negotio juris naturalis nihil præstare, sed homines non  
depravatae mentis præcepta juris naturalis, ex perpetuâ in-  
dicatione simul atque imperio ipsius Numinis vel intelli-  
gentiæ, quam vocant, postremæ, id est, angeli habere non  
aliter atque objecta visus à luce indicari, quæ tamen cœcu-  
tientibus aut neutiquam omnino aut malè nimis cernan-  
tur. Quam opinionem, quamvis ipse *Selden.* damnet,  
videtur tamen ad alios fermè consimilis opinionis cir-  
cumcelliones transire, qui scilicet intellectum quidem  
animæ humanæ partem faciunt, nihilominus tamen assi-  
stantem & perpetuò indicantem intellectum **Deum** esse  
volunt, à quo intellectuale lumen participet. Pro hâc sen-  
tentiâ citat *Thom:* l. 2. q. 91. a. 2. legem natura-  
lēm participationem legis æternæ definientem.  
Quicquid jam sit de hoc: nos contrarium defendimus.

C

Conce-

**Coaccedimus quidem, legem naturalem esse participatio-**  
**nem legis æternæ, illa autem participatio non est physica,**  
**vel totius essentialis, vel totius integralis, vel accidentium :**  
**primum & ultimum facile patent ; illud, quia aliàs Dii es-**  
**fèmus ; hoc, quia in Deum non cadit accidens ; secundum**  
**quod attinet, dictum jam supra : jus naturale referri ad re-**  
**liquias imaginis divinæ, hæc autem imago non est qua-**  
**dam essentiæ divinæ particula, aliàs non est imago, sic**  
**brachium non potest dici imago hominis, imago enim est**  
**similitudo quædam, vel secundum omnimodam naturæ**  
**convenientiam & aequalitatem, & talis imaginis vocati-**  
**ne indigitatur Christus respectu Patris coelestis, vel secun-**  
**dum imitationem, sicut exemplatum assimilatur exem-**  
**plaritati, & hoc modo homo ad imaginem Dei dicitur**  
**conditus, adeoque jus naturale non magis participat le-**  
**gem æternam, quam exemplatum exclaritatem, sicut**  
**ipsa anima, in quâ potissimum imago divina consistit, non**  
**magis participat divina attributa, quam exemplatum**  
**exemplaritatem, sunt vocabula Bonavent. l. 2.**

**D. 16. a. 1. q. 1. Nec obstat nobis : Deus immediate**  
**ad omnes actiones immediatione virtutis & suppositi con-**  
**currere : Concursus enim ille non excludit causas secun-**  
**das, hinc dicit ille Sex Pontificum concionator, & postea**  
**Cardinalis, Toletus l. 1. phys. c. 3. q. 8. Concurrit**  
**DEUS cum causis secundis juxta earum na-**  
**turam cum liberis liberè, cum necessariis ne-**  
**cessariò, cum debilibus debiliter, cum forti-**  
**bus fortiter, pro suâ suavissimâ dispositione u-**  
**niversali operando. Similia à Mornæo l. de verit.**

rel.

Rel. Christ. c. 13. dicta leguntur: **Movet motor**  
**primus inferiora secundum nativam cujus-**  
**que indolem, mobiles secundum motum,**  
**immobiles secundum stabilitatem, natura-**  
**les secundum servitutem, sensibiles secun-**  
**dum appetitum, rationales secundum volun-**  
**tatem & libertatem.**

§. 9.

Materia iuris naturalis est vel **circa** quam, & dicitur  
**objectum**; vel in quâ, & dicitur **subjectum**. Objecti nomi-  
ne veniunt actus omnium virtutum moralium. 1. intel-  
ligitur hoc quoad præcepta affirmativa (de negativis alia  
est ratio) de generibus singulorum, non singulis gene-  
rum, nam non dicitur: omnes actus virtutum, neque  
enim omnes istos lex naturalis præcipit, cum multi liberè  
sine obligatione, v. g. qui secundum virtutem heroicam  
fiunt, multi etiam ex solo præcepto humano, v. g. certo  
tempore & mandato Magistratus à cibô abstinere, suscipi-  
antur. Vid. Horn: lib: 4. Philos: mor: c. 3. n. 28.  
2. intelligitur hoc tantum de actionibus civilibus, id quod  
innuitur vocabulo moralium. Occupatur enim jus  
naturale, inquit Meisn. l. 1. de L. q. 3. p. 38. circa  
hemisphærium tantum inferius, quod con-  
tinet actiones externas, ex discretione hone-  
storum & turpium deductas; non autem cir-  
ca hemisphærium superius, quod concernit  
actiones sacras, illuminationem mentis, con-

versionem voluntatis, aliasque similes, ad  
quas φύση penitus inepti sumus. Quæritur hæc  
occasione: An præcepta Decalogi sunt iuris na-  
turalis? Respondetur affirmativè: Data est (in mon-  
te Sinai) lex, non, quia cordibus scripta non  
erat, sed quia tu fugitivus eras cordis tui, per  
legem ad te ipsum intrò revocareris, ait Augu-  
stin: in Ps: 57. Huic consonat illud Luth: Tom: 4.  
J. G. p. 527. & 533. Gott hat die zehn Gebote welche  
nichis anders sind, denn das Gesetz der Natur, den Ju-  
uden gegeben zum überfluss auf daß das natürliche Gesetz,  
das zuvor im Herzen ist, hiedurch erwecket würde. Dicit  
ita B. Vir, Decalogum nihil aliud esse, quam repetitam  
iuris naturalis summam, glossam, commentarium & signa-  
culum, nam hinc Decalogus vocatur lex moralis, quia  
scilicet circa hominum mores informandos versatur,  
quod etiam competit juri naturali. Conf. Buxtorf: dis-  
sert: de Decal: §. 89. quæst: an decalogus ad nos  
Christianos pertineat? Cautè tamen hæc distingui-  
tur inter decalogi moralia, quæ omnibus hominibus sunt  
communia, & inter ejus ceremonias, quæ Judæis tantum  
conveniunt, id quod diligenter inculcat B. Chemni-  
tius, illustre ævi sui lumen, LL. CC. de Lege DEI  
par: 2. p. 27. dicens: Placuit DEO, qui in mon-  
te Sinâ decalogum promulgavit, eundem in-  
volucris quibusdam tantum ad populum  
Israë-

Israëliticum spectantibus vestire: quæ diligenter distingvenda ab iis, quæ omnibus hominibus sunt præscripta: qualia sunt, quæ cum notitiis naturalibus naturâ insitis convenient: quæ in Novo Testamento ita repetita, ut etiam gentibus observanda sunt: quæ ab ipso Mose & Prophetis non tantum ad Israëlitas, sed ad omnes homines pertinere ostenduntur. Ex his datur colligere, nihil ferè discerniculi inter jus naturale & Decalogum deprehendi; sed si quid est, respectu patefactionis & aliarum circumstantiarum esse censetur. Vid: Meisn: tr. de S. B. c. 4. q.

4. n. 3. p. 373.

### §. 10.

Subjectum juris naturalis est omnis & sola creatura rationalis, in quoconque etiam sit statu. Diversimodè potest homo considerari. 1. in statu innocentiae ante lapsum: De hoc nullum dubium, quin homo in eo constitutus non solum perfectissimam juris naturalis cognitionem, verum etiam debitam illius implendi possibilitatem habuerit. Et sanè, si adhuc essemus in illo statu, mirum, si aliis legibus quam naturali obligaremur, neque enim esset politia, sicut hodiè. 2. in statu peccati, post lapsum: in naturâ enim corruptâ, non vero, ut corruptâ, sed ut rudera quedam imaginis divinæ habente, jus naturale adhuc vigere supra ostensus. 3. in statu glorie post hanc vitam: neque enim ille status nos eximet ab obligatione juris naturalis, sed potius ad summum nostrâ cum divinâ voluntate conformitatis.

Yatis fastigium perdueret, erimus enim  $\sigma\alpha\gamma\delta\lambda\gamma\iota$ , ange-  
los autem non esse ex leges conditos, satis constat; ut adeò  
non repugnemus, si quis has, quæ dicuntur intellectuales,  
creaturas ad subjectum juris naturalis quodam modo refe-  
rat, hujus enim iunctitu quotidie oramus: fiat voluntas  
tua ( Domine ) sicut in cœlo ( ab angelis ) ita & in  
terrâ. Fuit ex hisce, Principes non esse solutos lege na-  
turali. Per Populum Romanum olim quidem Augustus  
& alii legibus civilibus soluti vixerunt, qui jure omnes et-  
iam hōc temporis meritō utuntur Reges & Principes. Le-  
ge autem naturali neque Augustum neque ullam unquam  
Imperatorem solutum esse, solvi aut solurum iti recta di-  
stat ratio: hæc enim lex est universalissima, & ab eo impe-  
rata, qui omnibus imperat. Valeant igitur Judicēs illi cer-  
copissantes, qui Cambysī sororis conjugium appetenti,  
ultra citravè justum responderunt: Nullam quidem  
legem de conjugio cum sorore apud Persas in-  
veniri, aliam tamen esse: quâ Regi Persarum  
liceat, quicquid libeat. Rectius Antigonus,  
Macedonum Rex dicenti: Omnia Regibus justa  
& honesta esse, sunt per Jovem, respondit, Bar-  
barorum duntaxat Regibus. At nobis ea tan-  
tum honesta sunt, quæ honesta sunt, & ea  
tantum justa, quæ justa sunt.

§. II.

Dictum th: præc: solam creaturam rationa-  
lem esse Subiectum juris naturalis. Excludimus  
igitur

igitur. I. herbas & plantas, quæ, quamvis vitâ præditâ immutabilem à naturâ præscriptum ordinem & necessitatem observent, hominis usui inserviant, & hâc ratione divinam gloriam muto quasi ore, sicut opus dicitur landare artificem, materiam scilicet laudis præbendo, personent, non tamen propter ea jure naturali obligantur. II. Excludimus bruta, 1. enim ipsis non competit ratio, cuius beneficio jus cognoscitur, ubi autem non est legis cognitio, ibi neque prævaricatio. 2. brutorum actibus non competit bonitas vel malitia moralis, sic minus rectè Delphini *Ælian* 1. 2. *de an. cap. 8.* dicuntur justi, sed quæcumque de illis propalantur, umbacula tantum & vestigia virtutum, juxta decisionem Arist. I. 8. *de hist. an. C.* I. pronuncianda. Et inde etiam malitia ipsis non competit, v. g. inquit Poëta:

— — — Coēunt animalia nullo

Coetera delicto, nec habetur turpe juvenez

Ferre patrem tergo. — — —

Ideoque jure catamidiandus, qui cum Hilarione onagrum sui gregis ducem ob pomarium devastatum stare iubet, & baculo ipsius latera tundens, dicit: Quare comedis, quod non seminasti. Bruta poenam nullam dant. Nec obstat, quod Deus Exod: 21. §. 25. bovem cornupetam, & Lev: 20: §. 15. 16. brutum, quoctam quis rem habuit, occidi jussit: sit enim hoc in detestationem criminis & abolitionem memorie, nec ulla hic magis habetur ratio, quam ubi canis, simia, gallus ac vipera culco, ex jure Rom. veteri L. poena. 9. D. de L. Pomp. de parricid. ac inst. de publ. jud. & alia deinde.

cum

cum parricidâ, (qui ei simillimi erant) insu-  
ti in mare aut amnem projiciebantur, dicente  
J. Selden. l. i. de J. N. & G. c. 4. Similiter dici-  
tur de anno apud Romanos canum suppicio & anserum  
honore. Non factum hoc in anserum clangore suo Gallos  
Capitolium occupaturos prodentium honorem & præ-  
mium canumque non latrantium poenam & ignominia-  
m, sed ut tum diligentioris custodiaz ac beneficiorum ex-  
ga Rempublicam præmia tum rerum socordius gestarum  
poenæ, velut in scheme quodam seu apologeto quota annis  
civibus ostentarentur. Et quid multis? Non magis bruta  
puniuntur quam inanimata quædam, v. g. libri, heretico-  
rum aut mala medicamenta, quæ ad evitandæ futura mala  
perduntur & Vulcano traduntur. Præter cæteros itaque se  
expediunt, qui dicunt, jus naturale impropritatem & analogi-  
cè brutis competere, quicquid enim in ipsis invenitur, tan-  
tum naturalis instinctus vel inclinationis nomine gaudet.  
Optime in hanc scenam producitur Plato, dicens: Na-  
tura rem unamquamque perfectissimam fa-  
cere voluit, ideoque in animâ vegetante sen-  
tus, in sentiente rationis, in hâc divinæ men-  
tis simulachra expressit. Liquidò nunc ex his sequi-  
tur, stramineam esse quorundam collectionem: hoc vel  
illud brutis cum hominibus est commune. Ergò est juris  
naturalis. A  $\tau\omega$  naturale esse non v. c. adjus naturale: alijs  
etiam edere, bibere, dormire, alvum exonerare, &c. quæ  
etiam sunt naturalia nobisque cum brutis communia, es-  
sent juris naturalis. Singulis rebus Deus naturales quo-  
dam instinctus ingedit, qui sūpt iis velut leges. Sic apibus  
innata

Innata natura mellificandi, quā purissima mella fit.  
pant, & dulci distendunt nectare cellas. For-  
mice inest natura grana colligendi, dum ore trahit,  
quodcumque potest, atque addit acervo,  
quem struit haut ignara ac non incauta fu-  
turi. Sed in istius illi jus naturale non constituunt. Con-  
cludimus verbis J. Selden: l. cit: c. 5. dicentis: Ne-  
que est omnino, cur alterius eorum alicujus  
speciei actus solitos actibus alterius (atque  
hos multipliciter diversissimos esse scimus)  
hac in contemplatione omnino anteponere-  
mus, ne dum cur ex individuorum aliquot ex-  
emplis obscurissimis, quod faciunt nonnulli,  
jura aliqua naturalia expiscatum iremus.

§. 12.

Indaganda nunc forma juris naturalis. Suarez. I.  
2. de L. C. 5. duas assert sententias de formalij ratione ju-  
ris naturalis. Prima est: jus naturale esse ipsam naturam  
rationalem secundum se & ratione suæ essentiae, prout sci-  
licet est fundamentum honestatis naturalis. Secunda est:  
jus naturale esse vim quamdam in natura, quam habet ad dif-  
cernendum inter operationes convenientes & inconve-  
nientes illi naturæ: quam rationem naturalem appella-  
mus. Hanc opinionem Suarez utroque pollice digna-  
rur. Sed nos neque priorem neque posteriorem satis tu-  
cata dicimus. Sicut enim forma & anima legum

D.

pot-

positivarum est voluntas legislatoris, quia lex  
essentialiter pendet in suo esse ac institutione  
ab intentione legislatoris: nam licet ille pro-  
ferat verba de se sufficientia ad praeципien-  
dum, & cum omnibus exterioriis requisitis ad  
constitutionem legis, si non habeat intentio-  
nem ferendi legem, non feret illam, nec illa  
erit vera lex, ut fatetur ipse Suarez. l. 3. c. 20. n. 3.  
Ita etiam legis naturalis forma non solum est quadam na-  
turalis vis, quam habet ad discernendum inter operationes  
convenientes & inconvenientes illi naturæ, sed est talis  
vis, quæ dicitur, quadam ut honesta esse facienda, quæ-  
dam vero ut turpia fugenda. Et hæc ratione dictamen il-  
lud (quod est quasi voluntas) regula rationis juris naturalis  
forma dicendum.

### §. 13.

Fines juris naturalis à Meisn: l. 1. q. 3. p. 45. &c  
.seq: recensentur quatuor. 1. DEI inquisicio. 2.  
quæsiti veneratio. 3. honesta conversatio.  
4. inexcusabilis damnatio, hic finis, quia ipsi  
Meishero dicitur finis per accidens, planè potest omitti,  
particula enim eis in verbis illis, eis τὸ ἄνθρακες αἴτη  
πολυγόντες, Rom: i. y. 20. unde finis hic eruitur, non τε-  
λικῶς, finaliter, sed εὐθαλικῶς, eventualiter intelligen-  
da: vel, si finem denotat, non sumitur moraliter pro fine  
motionis agentis, sed physique pro fine terminationis rei.  
Non tacendus hic quorundam error, qui juri naturali fi-  
nem

nem supernaturalemente tributari & dicunt: Gentilium quos-  
dam solā lege naturae esse salvatos, Quæ sententia placuit  
olim Monacho Britanno, Pelagio & ejus sequaci-  
bus, quos contra scripsit August: l. de nat: & grat:  
c. 1. & 9. & lib: 4. contra Julian: c. 3. it: lib: 1.  
ad Bonif: c. 21. Etsi enim naturalis legis transgres-  
sio ignoratâ omni lege supernaturali sufficit ad æternam  
damnationem, ejusdem tamen observatione non meretur  
æternam salutem, ratio est, quia nemo sine salvificâ Dei  
cognitione salvatur, ad hanc Mefsn? l. 3. de L. q. 4. p.  
187. & seqq. Gentilibus autem salvificam Dei cognitionem  
quis tribuat? Ierom̄ vel p̄m quidem agnoverunt,  
non autem Ierom̄ vel p̄m est. At inquis: cur Gentiles  
dicuntur Paulo ἀναπολόγητοι, ἀναπολόγητοι illa vi-  
detur supponere perfectam Dei cognitionem & sufficien-  
tia salutis media? Respond: ἀναπολόγητοι dicuntur  
Gentiles, non quod illa DEI cognitione, tum ex  
creaturis hausta, tum insita ipsis ad salutem  
poffet sufficere, sed quod debuerit esse quæ-  
dam manuductio ad uberiorem & salvifi-  
cam DEI cognitionem in verbo propositam  
& revelatam, quam ipsi tamen querere ne-  
glexerunt, inquit Magnif: Dn: D: VVeller: in  
**Comment:** super h. l. p. 76. Inquis porro: fece-  
runt tamen Gentiles, quoad portuum & dehinc sunt ea  
que sunt legis, si non totam: post lapsum enim totam legem  
D 2

gem impossibile est impletum. Resp: recte dicitur impossibile est; defectus itaque ille aliunde, nempe ex revelatione (merito Christi fide apprehenso) est supplendus & compensandus, quod quia à Gentilibus non fit, bona opera nihil ipsis proficiunt. Sicut enim Armand: de B. V. tr. 2. c. 126. p. 238. inquit: Quædam sunt à Spiritu Sancto, quæ non sunt cum Spiritu Sancto: quædam sunt à Spiritu Sancto & cum Spiritu Sancto: quædam sunt cum Spiritu Sancto, & non à Spiritu Sancto: quædam nec sunt à Spiritu Sancto, nec cum Spiritu Sancto; Ita nos dicimus: Gentilium opera esse quidem à Spiritu Sancto, propter deformitatem tamen concomitantem (scilicet Theologicam) non esse cum Spiritu Sancto. Hinc magni etiam Theologi opera illa peccata dicere non erubescunt. Hæc est summa delicti, nolle agnoscere, quem ignorare non possis, dicit Cyprian: de Idolor. vanitate.

§. 14.

Proximus juris naturalis effectus appellatur moralis (quibusdam dicitur naturalis, non quod moralis non sit, sed ut distinguatur à civili) in conscientia obligatio. Qualis hæc obligatio sit, explicandum. Obligat enim jus naturale non solum ad actum, verum etiam ad modum virtutis. De legibus civilibus certum quidem, illas interdum impleri per actum, qui aliquid mali admixtum habet. De jure naturali vero alter statuendum. Illius ad observacionem requiritur, ut actus simpliciter sit bonus, nempe manifestanter & formaliter. Vid: Suarez. l. 2. de L. c. 10.  
¶

Deinde

Deinde jus naturale non solum ad culpam, verum etiam  
ad poenam obligat. De culpa scis extra actum, nam scelus  
intra se tacitum, qui cogitat ullum, facti  
crimen habet, cedò si cognata peregit, inquit Ju-  
venit Sat. 13. De poena quod restat; Distinctio: Inter digni-  
tatem sive reatum poenæ; & inter actualēm poenæ infil-  
ctionem. Dignitatem sive reatum poenæ jus naturale  
immediate dictat: simul ac homo culpari contraxit, potest  
nā se dignum judicat, ibi oritur metus & angot conscientia,  
ut prodromi & satellites poeniarum, semper enim  
præsumit lœva perturbata conscientia, Sap:  
17. v. ii. & DEUS antequam punit, mentes  
sceleratorum terret, ait Lycurg: contra Leuct.  
Hinc illæ Gentilium querimoniz: Multa miser ti-  
meo, quia feci multa protervè, Exemplique  
metu torqueor ipse mei, & similes. Notandum ta-  
men hic, jus naturale dignitatem poenæ dictare, non ejus  
quantitatem vel modum taxare: Hæc taxatio fit  
aut per legem æternam DEI, maxime quoad  
poenam vitæ futuræ, aut per legem positivam,  
quoad poenas, quæ in hæc vitæ & hu-  
mano foro imponuntur, ut loquitur Suarez. I.  
1. c. 15. De actuali poenæ inflictione dicendum; illam jus  
naturale non nisi mediately, mediante scilicet iudicē exigeat  
sc. Intelligitur autem hoc de poena corporis exterrit, quia  
eodem internam animi poenam negat esse actualēm, ut pote-

quæ multò superior illis, quas & Cœditius gra-  
vis invenit, & Rhadamanthus juxta testimoniū  
*Fuens: Sac: 13.*

Dividitur ius naturale I. in sepius salissima & prima,  
aque per se nota principia, v.g. bona sunt facienda, mala  
vitanda: & in conclusiones ex principiis, vel per paucas  
vel per plures, evidentes tamen ac necessarias illationes  
deductas, v.g. justitia est servanda, parentes honorandi.  
Hæ int̄imantur communiter jus naturæ primarium, ha-  
secundarium. Vid: M. Bonacini: Tom: 2. Theolog:  
Moral: Disp: 1. de L, quæst. 1, p. 3. n. 8. & Au-  
tores ibid. cit.

§. 16.

Diximus, jus naturale secundarium deduci ex prima-  
rio, tanquam conclusiones ex præmissis. Idem etiam vi-  
deatur affirmandum de iure Gentium, subarbitratur itaque qua-  
stio: Quomodo quo ad hoc differat ius Gentile à iure na-  
turali secundario? Respond: Dupliciter deducitur  
aliquid ex iure naturali, uno modo, ut con-  
clusio ex principiis, sic jus positivum non ori-  
tur à justo naturali, præmissis enim existenti-  
bus necesse est conclusionem sequi, sed cum  
justum naturale sit semper & ubique, hoc  
non competit justo legali vel positivo: & ideo  
necessè est, quicquid ex justo naturali sequi-  
tur quasi conclusio, sit justum naturale, sicut  
ex hoc

ex hoc quod est, nullus est iustus nocendus, sequitur, non est furandum, quod quidem ad justum naturale pertinet. Secundò per modum determinationis, sic omnia iusta positiva vel legalia ex justo naturali oriuntur, sic furem esse puniendum, est justum naturale. Sed quod sit etiam puniendus tali vel tali poenâ, hoc est legis positivæ, inquit Thom. in Commentis suis, que extant Tom. 5. ad 5. Eth. 7. lect. 12. Eandem responsionem repetit Starez. l. 3. de L. c. 21. n. 18. Ex quibus patet, quomodo ius Genitile à jure naturali distinguitur. Paucis totam rem effert Arist. 5. Eth. 7. his verbis: *Jus naturale est, quod ubique eandem vim habet, & non quia ita videtur vel non.* Legitimum verò, quod à principio quidem nihil interest, utrum sic fiat an aliter, quando verò suetit institutum, interest. Nempe determinatio, antequam fiat, est indifferens: ius verò naturale, non nisi circa necessaria versatur.

S. 17. C. 4. II. 8. 2. 3. 6. 7. 8.

II. Dividitur ius naturale in præcepta affirmativa & negativa. Hæc, quia malum prohibent, semper & pro semper obligant. Illa verò, quia bonum imperant, non æquè. Dicuntur quidem etiam semper obligare, sed tantum quoad speciem actus, non quoad exercitium, u.g. pauper-

pauperibus non omni omnino tempore est beneficium, non major enim debet esse benignitas quam facultas, sed tantum, quando occasio vel necessitas poscit; & facultas nobis non dicitur. Hinc, qui fame se me concedit, est, non tenetur emendicatum panem aleti porrigeret, in pari enim casu potior est conditio possidentis, habet I<sup>o</sup> coram b<sup>r</sup>ocardicum.

§. 18.

III. Dividitur ius naturale secundum hominis inclinationem in tres gradus: 1. est homo individuum quodam cens, & ut sic inclinatur ad conservandum esse & bene esse, omnipotens in natura est conservatrix sui, juxta C<sup>i</sup>c: l. 2. de fin. Hinc oritur lex naturalis: Proprium est conservandum, vis vi repellenda, suicidium fugendum, primum enim bonorum est, proprium esse in individuo. 2. homo est ens corruptibile sive mortale, & ut sic inclinatur ad speciem suam ab interiori vindicandam, aliquidque individuum generandum. Hinc maris & foeminae conjunctio, prolis procreatio, educatio omnisque parentum erga liberos horumque erga illos. 3. homo est rationalis, spiritualium perfectionum particeps, & ut sic inclinatur ad Dei cultum, proximi & omnib<sup>d</sup>um & eundem honestam. Notandum verò, priores duas inclinationes non simpliciter nobis considerari, ut sic, sed ut inquit Suarez. l. 2. de L. c. 8. n. 4. Quatenus aliquo modo determinatae & elevatae sunt per gradum rationalem. Nam si considerentur ut mere naturales vel animales, potius frænanda sunt ad virtutem assequendam, ut dixit Aristoteles a. Eth:

Eth: 9. & optimè Chrysost: homil: 13. versus  
finem: tamen regulabiles per rectam ratio-  
nem singulis respondent propria & accom-  
modata præcepta. Hisce consona tradit etiam C. 17.  
n. 6. & 7. Quæ omnia benè observanda, ut intelliga-  
mus, non omnia naturalia esse juris naturalis, uti nec o-  
mnia, quæ sunt contra naturam, repugnant juri naturali.

§. 19.

IV. Dividitur jus naturale in **positivum** sive præ-  
cipiens, v. g. religio erga Deum & pietas erga proximum  
non dicitur permissa, sed præcepta: & **negativum** sive  
non prohibens. Et huc pertinent exempla de libertate &  
rerum communione. Dicunt quidam: quædam præcepta  
juris naturalis esse pro certo rerum statu, & non simplici-  
ter, hâc ratione communem rerum usum & libertatem  
naturalem fuisse ante lapsum tempore naturæ integræ.  
Quod si ita intelligunt, ac si post & per lapsum præcepta illa  
sint mutata, à veritate ab ludunt: Jus naturale enim in-  
trinsicè, rām quoad conclusiones & partes, quām quoad  
principia & totalitatem, omni tempore est immutabile.  
De præceptis negativis, res in omnium ore & oculis, illa  
enim obligant semper & pro semper, ideoque in omni sta-  
tu. Affirmativa autem, quoniam non obligant pro sem-  
per, fieri potest, ut in statu quodam occurrant occasio-  
nes quædam præcepta exequendi, in alio vero aliæ; quod  
non satis est, ut lex dicatur esse diversa. Sicut enim in statu  
naturæ corruptæ aliud est tempus pacis, aliud belli, in qui-  
bus diversa præcepta observanda sunt: & medicina alia  
præcepta tradit pro infirmis, alia pro ægrotis, & tamen  
præcepta regulæ medicinæ in se non mutantur, sed multi-  
plican-

plicantur, & quædam nunc deserviunt nunc aliæ; ita sius naturale idem existens, aliud præcipit in tali occasione, aliud in aliâ, nunc obligat, & non antea vel postea, sine sui mutatione propter materiæ varietatem. vid. Suarez. I.

2. de L. c. 8. n. ult. Cui placet, potest etiam hîc applicare distinctionem illam Metaphysicam, inter mutabile & variabile. Non itaque putandum, jus naturale diverso naturæ statu, adimendo libertatem rerumque communione, mutatum. Videndum I. de communione rerum. (Maximum enim hæc exempla usum habent.) Protoplastos in statu innocentia nullam habuisse rationem familiæ erciscundæ, certum est, erant ibi omnia ipsis communia, velut non erctum plurium patrimonium. Quæritur itaque, quomodò præceptum de furto sit juris naturalis & perpetuum, videtur enim, furtum præsupponere tu meum & tuum, hoc est, proprietatem & dominium ex naturâ rerum ortum, hoc autem in statu innocentia neque locum habuit, neque fortean habuisset. Respondemus. Ex-cell: D. Johann: à Felden in suis in H. Grot: de J. B. & P. anot: p. 94. & 95. inquit: Nos dicimus, dominium ortum esse ex naturâ rerum, quibus ad vitam utimur; quædam enim ita comparatae sunt, ut iisdem uti nequeamus, nisi alios excludamus à facultate habendi, adeoque eæ quantæ quantæ sunt, nostri & non alterius gratiâ esse incipient. Quod ipsum in initio hujus §. (2. sc. in l. 2 c. 2.) Autor fatetur; quando dicit; quod quisque arripuisset, id ab eo eripi sine injuria non possit.

missit. Quod autem sine injuriâ eripi nequit, speciem habet rei sub dominio existentis. Atque adeò, dum Autor communionem iuris naturalis adstruere conatur, dominium quoddam probat. Ethæc ita se habent circa ea, quæ sponte nascuntur: in iis, quæ curâ indigent, necessè est, proprietatem dominiumque dari. Quod ita probamus: liber enim homo nihil alterius gratiâ facit temerè: suum ergò esse debet, cuius curam habet: alterius gratiâ frustâ laborare, servile est & querelas parit. Apparet ergò, necessariò dominium dandum, ut injustum tollatur, & quidem rebus, quibus ad vitam utimur, id exigentibus. Quare & dominium à naturâ est: id enim naturaliter est justum, quod ex ipsâ naturâ rerum, ad quam eæ propensæ sunt, cognoscimus. Hæc suppeditant nobis responsonem ad quæsitum. Nempè distinguimus inter dominium, quod dicitur quoad reram usurpationem, & inter id, quod dicitur quoad rerum possessionem: illud in statu innocentiaz omnium calculis obtinuit, usus enim universalis juris fecit tunc ex communi proprium, & fuit vice proprietatis, id quod similitudine intelligi potest cù, quæ est apud Cic: de Fin: 3. Theatrum cum

commune sit, rectè tamen dici potest, ejus ei-  
se cum locum, quem quisque occuparit, scri-  
bit Grot: l. c. Dominum autem, quod dicitur quoad  
terum possessionem, in statu innocentiae non fuisse, con-  
ceditur, neque enim id par illud hominum innocentium  
desiderabat. Alia autem questio est, annon in statu inno-  
centiae, crescente hominum multitudine, divisio rerum  
potuisset institui? Respond: quod sic: Creavit enim Deus in  
statu innocentiae hominem, non ad otiosam vitam, sed ad  
laborem (labor enim absolute loquendo, non demùm per  
lapsum introductus est, sed molestia, quam nunc ex labo-  
re percipimus, in statu autem innocentiae non percepi-  
mus, dicitur poena peccati) liber autem homo nihil alte-  
rius gratia facit temere. Suum ergo esse debet, cuius eu-  
ram habet: & quivis ergo laboris sui fructus in statu inno-  
centiae sibi etiam quoad possessionem, jure & salvâ morum  
honestate appropriare potuisset. conf: Suar: l. 2. c. 14.  
II. 13. Hisce præsuppositis, dicimus: Præceptum de furto  
utique in statu innocentiae præsupposuit dominium, do-  
minium scilicet, quoad rerum usum, quamvis non quoad  
possessionem. Hinc est, quod Grotius, propria vineta  
cædens, l. c. fatetur: **Quod quisque sic arripue-  
rat, id ei eripere alter, nisi per injuriam, non  
poterat.** Et ita concludimus: Divisionem rerum esse  
juris naturalis negativi. **Quod dum assērimus, ne ἦν**  
quidem divisionem juri gentium adscribentibus repugna-  
mus, ut in ipso conflictu ostendemus. Patiter dicendum  
de libertate. Natura quidem ab initio omnes proclama-  
vit liberos, nihilominus tamen ordo quidam inter eos fu-  
isset,

iser, (ordinem enim inter ipsos quoque angelos esse credimus) ita, ut si quis ordinis illi resistere volueret, absque criminis non restisset, sed quem ut hodie cogi potuisset. Quod itaque nulla tunc fuit coactio, quae tamen in hoc statu maxime necessaria, ratio est, quia quilibet honestatis repugnans fractis, ambitionis vitio in status, statim post lapsum alterius bene monenti non voluit subesse, sed praesesse, hinc orta sunt litigia, & opus fuit judicibus, quilibus decidendis essent & unicuique suum tribuerent. Et ita servitus introducta. Confectarium ex his deducitur: Vesnam hoc zwo Independentium esse doctrinam, qui imperandi libidine parendi, contumaciam tanquam ostro perciti specioso favorabilis libertatis pretextu Magistratum suum, utpote cuius potestatem iuri naturali repugnare somniant, tegno & vita extorrem reddunt. **Dum** vitant stulti vitia, in contraria currunt; dum minus vitant, majus incurunt: dum captivitatem detestant, in effrenatam licentiam vincorum & carcerum genetricem se precipitant: dum a minori Tyrannie sibi carent, majorem affectant & introducunt, quam rationem verbis Iralicis profert in causâ Florentinorum **Guido Anton: Vespucci:** lib: 2. Hanc ipsam rationem intendit Autor Defens: Reg: c. 5. p. m. 143. & 144. dum scribit: Nunquam talis exitus, quo vita Regis aut Regentis vis infertur, solet evenire, nisi cum seditionibus turbulentis, quae populum dividunt & in factiones scindunt. Ut autem ex turbis ea violentia nascitur, ita per turbas promovetur, & nil nisi turbas post se trahit, ex quibus

dissipationem pro congregacione consequi  
necessere est, & postremò interitum totius Rei-  
publicæ, qui dissipationem semper sequitur,  
ut salus & incolumitas congregationem, &c.  
Quinimò, quamvis etiam Imperans sine Republicæ de-  
mentio tolli possit, nihilominus tamen semel ad gubernan-  
dum admissus debet retineri. Ut enim Pater natura-  
lis (notarie A. Def: Reg: l. c. p. 145.) non definit  
esse pater, quamvis in libros ius patriæ potes-  
tatis seyerius exerceat; sic Rex, qui Imperi-  
um in subditos durius exercet, non perdit ap-  
pellationem Patriis patriæ, ut ait Justinianus.  
Non quidem sumus nescii, Joann: Milton: in def:  
suā propop: Anglic: c. 1. p. 3. ad simile hoc varia &  
mixima reponere, dicit enim: Pater & Rex diver-  
sissima sunt: Pater nos genuit, at non Rex  
nos, sed nos Regem creavimus. Ferimus Pa-  
trem, morosum etiam & durum, ferimus &  
Regem; sed ne Patrem quidem ferimus Ty-  
rannum. Pater, si filium interficit, capite  
poenas dabit, cur non item Rex eadēm justif-  
simâ lege tenebitur, si populum, id est, filios  
suos perdiderit, præsertim, cum Pater, ut ne  
Pater sit, efficere non possit, Rex facile possit,  
ut neque Pater sit, neque Rex. Sed responderet i.  
omni-

omnibus similibus haec quedam diversitas. 2. meracum est figuratum, nos Regem creare vel constituere. Deus constituit, ut etiam Gentiles fatentur, & sacrarum literarum Pandectæ testantur. Nos applicamus personas potestati, quam Deus conferre decrevit: sicut speculum applicamus lumini, quod à Sole in speculum influit. 3. Milton: quæstionem de jure solvit factio, dum dicit: sed ne patrem, &c. & ita litem lite solvit. 4. Concedimus, Regem eadem lege justissimam teneri. Sed querimus ex Milton: cui pater poenam det? nisi forte Melitide aut Chorœbo stultior sit, respondebit superiori, non filio. Si itaque pater à filio non potest puniri, Pater patriæ etiam subditis poenam non dabit, sed soli Deo. 5. Utrum pater, ut ne pater sit, efficere non possit, consulat Milton: Jctos. 6. Regem facere posse, ut neque pater sit, neque Rex, ambiguè dicitur, ut in confictu ostendimus. Et hæc pro re natâ. Restat adhuc unum, & quidem nobile exemplum divisionis dæte. Communiter dicitur: Conjugium, procreationem sobolis esse juris naturalis. Quæritur itaque: An coniugium cadat sub præcepto, id est, utrum sit juris naturalis positivi, an verò negativi? Quidam desciscentes à fidè, attendentes spiritibus ac doctrinis Daemoniorum, ut Paul: 1. Tim: 4. loquitur, prohibent contrahere matrimonium. Scholastici contendunt, matrimonium cadere sub præcepto, ut videlicet est apud Lombardum, Thomam, Dionysium Carthusianum, & alios, id quod tamen confusè sive suppositione Logicis confusâ dictâ explicant, hoc modo: ut quidem dictum sit generi humano; crescere & multiplicamini, ita tamen, ut satis sit, si per aliquos species humanae

mana propagetur, & non cogantur omnes operam da-  
re liberis procreandis, uti eorum mentem Iesuita ster  
Bellarmin: de Euchar: cap: 25. interpretatur. Vid:  
hac de re Excell: Dn. J. Frischmuth, Patronus  
atque Promotor noster summè colendus,  
Diss: 2. de 7. Noachi præc. §. 9. & seq. ubi ad ocu-  
lum demonstrat, verba illa : Crescite & multiplicamini,  
non tam præceptum, quam benedictionem matrimonii  
designare. Dicimus igitur, præsertim hoc tempore, quo  
genus humanum satis multiplicatum, matrimonium non  
esse juris naturalis positivi, sed cum, qui donum haber con-  
tinet, salvâ morum honestate posse cœlibatum elige-  
re, abstinere enim non tantum in se nihil ha-  
bet vitii, verum etiam laudem magnæ casti-  
tatis accipit, scribit Conring: in Annos: ad H.  
Grot: de V. R. C. Observandum tamen, nos matri-  
monium, quod dicimus esse juris naturalis, hic non consi-  
derare in esse naturæ, quatenus denotat conjunctionem  
corporum, etiam bestiis communem, sed in esse moris,  
quæ involvit fidem, quæ non tantum foemina mari, juxta  
falsam Grot: sentent: l. 2. de J. B. & P. C. §. n. 9. sed  
etiam mas foeminæ ( Grot: scribit feminæ, putat enim, fo-  
minas nihil aliud esse, quam femina, instrumenta & pedis-  
quæ libidinis ) se obstringit, & quæ: implicat honestatem  
vel turpitudinem moralem, quam implicari posse patet,  
quia ob matrimonium vel laudamur vel vituperamur. Pa-  
perorum vero cœlibatum quod artinet; ille merito expu-  
nientius, quippe est à matre fornicationum &  
abominationum terræ pessimo sine introductus, &  
ne qui-

qe quidem coelibatus nomine dignus, qualis enim sit, ingenue spectorat Domin: de Sot: l. 7. de f. & f. q. 6. a. 1. ubi inquit: Fatemur, castitatis votum non esse observatu facile. Et agnoscimus insuper, in privatis ædibus non usque adeò tutè servari posse ejusmodi votum, quam in Monachorum claustris, neque vero inficias imus, cebros esse in clero concubinarios & adulteros. Castum coelibatum! De fumo tenditur ad flammam: Nunquam definit interna nostri corporis ÈVA, ac coœva fragilitas, virilem partem, nempè rationem tenet, ut loquitur Fr. Piccolom. Philos. moral. gr. 3. c. 5. Malum itaque malo non medicandum, sed remedium applicandum, matrem monium. Qui temptationum procellas cum difficultate tolerant, conjugi portum petant; melius est nubere, quam uni, rectissime suadet Gregor. l. 12. moral. Nec obstat, quod Conjugii osopites impudenter & imprudenter urgent: actum matrimonii esse impurum, quia remorum ab arbitris cubile requiratur, & ita lucem fugiat. Non est impurus, quia, Quid bonum est in se, bonum etiam est in scri, inquit Petr. Paludan, 4. D. 26. q. 2. a. 1. Quod autem jam post lapsum verecundia in actu illo secretum querit, inde non sequitur turpitudo moralis & culpabilis, sed naturalis & penalis, qualis ortitur, quando vesica

vel alius est exoneranda, ut loquitur Augustinus. Et hinc inquit Beat: Lutherus in commento suo in Genes: ad verba illa: Non est bonum, &c. ante lapsum in actu illo non minorem fuisse honestatem, quam in capiendo somno, cibo, potu cum uxore. Conf. Bonavent: 2: a. 22. q. 4.

§. 20.

Assessor justitiae & supplementum legis dicitur æquitas. Quæritur de hac, an etiam competit juri naturali? Quidam absolute negant. Contrarium non pauci defendunt. Nos dicimus: Jus naturale dupliciter posse spectari: 1. secundum se, ut est naturale, & à rectâ ratione dictatur: 2. prout per legem aliquam scriptam certis verbis exprimitur. 1. modo non admittit æquitatem, æquitas enim supponit defectum ex universalitate legis ortum, jus naturale autem non absolute in universale, prout potest deficere, à rectâ ratione dictatur, sed prout certis circumstantiis affectum justitiaeque & charitatis conditionibus munientur, alias non esset distingen verum. 2. modo jus naturale æquitatem admittit, admittit enim non ut naturale, sed quatenus admixtum habet aliquid positivi, v.g. publico cultu Deum venerari est juris naturalis, ideoque æquitatem non admittit: certis vero ceremoniis hoc vel illo die Deum venerari est juris positivi, ideoque pro circumstantiarum conditione æquitatem recipit. Hinc excusantur Maccabei, die Sabbathi propter vitæ periculum pugnantes, 1. Maccab: 2. vid: Suar: l. 2. de L. cap: 16. num: 6, 7, 16.

§. 21.

Vidimus de æquitate. Quæritur nunc etiam, an circa jus naturale dispensari possit? Respondetur Abnutivè sive

ge quidem cœlibatus nomine dignus, qualis enim sit, in genue spectorat Domin: de Sot: l. 7. de f. & f. q. 6. a. i. ubi inquit: Fatemur, castitatis votum non esse observatu facile. Et agnoscimus insuper, in privatis ædibus non usque adeò tutè servi posse ejusmodi votum, quam in Monachorum claustris, neque vero inficias imus, cœbros esse in clero concubinarios & adulteros. Eastum cœlibatum! De fumo tenditur ad flammam; Nunquam desinit interna nostri corporis à EVA, ac coæva fragilitas, virilem partem, nempè rationem tensare, ut loquitur Fr. Picco-  
Jom. Philol. moral. gr. 3. c. 5. Malum itaque malo non medicandum, sed remedium applicandum, matris monum. Qui tentationum procellas cum difficultate tolerant, conjugii portum petant: melius est nubere, quam viri, recusissimè suader Gregor. l. 12. moral. Nec obstat, quod Conjugii os-  
ges impudenter & imprudenter urgent: actum matrimonii esse impurum, quia remotum ab arbitris cubile requiriatur, & ita lucem fugiat. Non est impurus, quia, qui-  
quid bonum est in se, bonum etiam est in si-  
'eri, inquit Petr. Paludan, 4. D. 26. q. 2. a. i. Quod autem jam post lapsum verecundia in a quo illo secreto querit, inde non sequitur turpitudo moralis & culpabilis,  
Sed naturalis & poenalis, qualis oritur, quando vesica

vel alius est exoneranda, ut loquitur Augustinus. Et hinc inquit Beat: Lutherus in commento suo in Genes: ad verba illa: Non est bonum, &c. ante lapsum in actu illo non minorem fuisse honestatem, quam in capiendo somno, cibo, potu cum uxore. Conf. Bonavent: 2: a. 22. q. 4.

§. 20.

Assessor justitiae & supplementum legis dicitur aequitas. Quæritur de hac, an etiam competit juri naturali? Quidam absolute negant. Contrarium non pauci defendunt. Nos dicimus: Jus naturale dupliciter posse spectari. 1. secundum se, ut est naturale, & à rectâ ratione dictatur: 2. prout per legem aliquam scriptam certis verbis exprimitur. 1. modo non admittit aequitatem, aequitas enim supponit defecum ex universalitate legis ortum, jus naturale autem non absolute in universale, prout potest deficere, à rectâ ratione dictatur, sed prout certis circumstantiis affectum justitiaeque & charitatis conditionibus munitionem, alias non esset dictamen verum. 2. modo jus naturale aequitatem admittit, admittit enim non ut naturale, sed quatenus admixtum habet aliquid positivi, v.g. publico cultu Deum venerari est iuris naturalis, ideoque aequitatem non admittit certis vero ceremoniis hoc vel illo die Deum venerari est juris positivi, ideoque pro circumstantiarum conditione aequitatem recipit. Hinc excusantur Maccabaei, die Sabbathi propter vitæ periculum pugnantes, 1. Maccab: 2. vid: Suar: l. 2. de L. cap: 16. num: 6, 7, 16.

§. 21.

Vidimus de aequitate. Quæritur nunc etiam, an circa jus naturale dispensari possit? Respondeatur Abutivè sive de

de homino quatas sive de D<sup>e</sup>o. Pontificii quidam, ut caput  
Suum, Papam pro more extollant, solum eum inter morta-  
les circa ius naturale dispensare posse depraedicant: quidam  
tamen ex iis negant. Utriusque sententia Patronos recen-  
set Martin: Bonac: loc: sup: cit. Viderint illi, quomodo  
conveniant. Ipsissima Divina Majestas ne quidem dispen-  
sare circa ius' naturale potest. Dispensare enim est  
permitttere & approbare actum secundum  
omnes suas conditiones, tam formaliter  
quam materialiter legi contrarium. Quomodo  
jam Deus dicitur permitttere & approbare actum legi con-  
trarium? Nullo modo. Si enim faceret, contra justitiam  
ageret, quod ipsum refertur inter absolute Deo impossibi-  
lita. Sicut enim, quod verum est, non potest  
non verum esse; ita, quod per naturae vocem,  
ut ita loquar, vetuit DEUS, non potuit non  
vetuisse, vel quod idem est, non potuit hoc  
tanquam licitum, concedere, inquit Conring:  
I. super alleg: & sicut, ut bis duo non sint  
quatuor, ne à DEO quidem potest effici: ita  
ne hoc quidem, ut quod intrinsecā ratione  
malum est, malum non sit, dicit Gro: I. i. de f.  
B. & P. c. i. n. 10. p. 4. Coaf: Suar: 12. de L. c. 15.  
Nec obstat, quod Deus sit Autor juris naturalis. Etsi  
enim, ut recte resp: Albert: Lex superior tollit  
inferiorem, si diversa intese sint, fieri tamen

F 3 id

id non potest, quando inferior directe est ex  
emplar superioris. Talis autem est lex natu-  
ralis, ex ipsâ enim lege æternâ DEI quasi tran-  
scripta est, ut ait Augustin: l. 2. de ord: c. 8.  
& l. 83. qq. quæst: 53. norante Horn: l. 4. Philos.  
Mor: c. 3. n. 37. Sed inquis, quid dicendum de Loc:  
Gen: 22. v. 2. Exod: 12. v. 36. Ose: 1. v. 2. item de  
Polygamiâ Patriarcharum. Respond: i. in genere verbis  
Bonavent: l. 4. d. 33. l. c. n. 21. DEUS non fa-  
cit contra jus naturale, scilicet quod ordinat  
in ipsum, sed contra jus naturale, quod ordi-  
nat in proximum, non tamen contra, sed su-  
pra facit. In specie responderetur ad Gen: Loc: Manda-  
vit Deus Abraham immolationem Isaaci, ut autor virg.  
sc: mortis, qui propter peccata poenam mortis, tam piis  
quam impiis, justè, quando & per quem vult, infligit, & usus  
est Abraham, ut instrumento, id eoque priorem illam sen-  
tentiam, de non fundendo sanguine humano, Deus actuâ-  
liter nec mutavit, nec illi contrarium Abraham serio præ-  
cepit, sed tentavit eum ad bonum finem, tum respectu sui,  
ut ostenderet, se requirere ab homine obedientiam, ut ut  
præcepta sua nobis videantur contraria; tum ipsius & filii  
Isaaci, ut virtus utriusque ipnotesceret, vid: plur: Rever:  
Dn. D. VValth: Harm: sup: h. l. Ad loc: Exod:  
Resp: Manichæi furum, teste Epiphanio hæc: 66.  
malo, quem fixerunt, Deo acceptum retulerunt. Abde-  
riticæ hæc mentis sententia. Dicimus nos: Deus omni-  
um rerum Dominus, in cuius manu est transferre domi-  
nia

ad reponit, à quo iustus regnus vult, unde AEgyptia non plau-  
ne, ut res alienas, sed ut loco mercedis, quam AEgyptum  
non persolverunt, debitas exhibuit. Hinc inquit Laud.  
**VValth: Harm.** super h. 1. Ex iure ipsis debet  
bahiatur bona, AEgypti enim eos per annos  
septuaginta centum durissima servitute oppres-  
serant; veluti mancipia, debitaque labo-  
rum mercede defraudaverant, quam mer-  
cedem nunc retulerunt, divinitus adsigna-  
tam, quod si enim in foro civili non juri-  
ture esse furtum, quando Magistratus debito-  
ri justam solutionem deneganti tot bona  
vi justè adimit, ut creditori satisfici possit,  
quantò minus hac æquissima DEI dispositio  
furti accusanda? Ad hoc: Of. varie quidem ab Interpre-  
tes respondetur. Nos irgenius <sup>7</sup> pūtōr dicentes: Proph-  
etam non ad usum illicitum, sed in matrimonium assun-  
psisse metetrem. Vid: iterum **Dn. VValth: lib: cit:**  
**sup: h. 1.** Polygamiam denique Patriarcharum quod  
attinet; Quidam dispensationem concedunt, illos ipso  
autem non nisi latè & abusive dispensationis vocem acce-  
pere notandum. Tūtissimum itaque est dicere tolerans  
fuisse. Vid: B. D. Gerhard. Tom: 7. de Conj: §.  
221. & seq. Plura nunc quidem essent addenda, sed  
tempus & charta non permittunt. AEterna lex cle-  
mientissime largiatur, ut fundamentum o-  
mnium

nnium legum , jus naturale p[er] sancteque  
semper obseruemus, nec unquam fucosam  
licitate inceptu[m] deformemus, sed jugiter ad di-  
vinam gloriam , proximi commodum no-  
striq[ue] salutem i[n] animarum nostrarum  
scriptis florere & splendere vi-  
deamus!

N.B.

## Pro Carminibus priori Editioni associatis sequentia de Polygamiâ simul tancâ magis proficua addere placuit.

Omninis ferè præprioris Politico-  
rum est opinio : Polygamiam non esse contra  
Jus Naturale. Contrarium probatur ex condi-  
tione finium , quos Natura matrimonio prefixit . I. finis  
est generatio & educatio liberorum. Per Polygamiam  
etiam quidem generatio , eaque copiosior pro au-  
gmento R[epublice] intenditur , interim tamen tota Res-  
publica pauciores cives nanciscitur ; ad h[oc] virtus viri fini-  
ta est , & ad certum terminum contradicit , quò ergò pluri-  
bus abh[er]et , eò citius generare desinit. Idem de educatio-  
ne dicendum : quis enim tot liberis , multarum exortuum ,  
genio & ingenio plurimum differentibus recte educandis  
sufficere , ac necessariam & sufficientem curam singulis  
impene

Impendere valebit. II. finis est mutuum adjutorium. Mutuum dicitur, & equalis est obligatio, innata igitur singulis, tam viris quam foeminis, zelotypia ipsis occulte quasi inspirat, ut neuter absque alterius zelotypia copiam sui alteri extraneo facere possit. Hinc sequitur: Si maritus non vult uxorem pluribus viris nubere, ergo nec ipse sibi plures foeminas jungat. Alias si jungit, contra se zelum uxorius excitat, quoniam ipsi injuria infertur, dum id, quod jure matrimoniali unicè & in solidum illi debetur, auferatur, & per superinductas afflictio inducitur, hinc ordinariè lites, convicia aliaq; infinita incommoda sequi, adeoque ex adiurorio purgatorium fieri necesse est. E contrario Arist: 8. Eth: 6. probat, perfectam amicitiam non admittere plures quam duos. Quoniam vero conjugium non immixtum summus & arctissimus amicitiae gradus dici potest, ergo etiam non debet plures admittere quam duos. III. finis est scortationis evitatio, & remedium contra concupiscentiam. Pluralitas vero uxorum non extingvet, sed potius incendet libidinem, nec enim commode poterit unus vir multis uxoribus debitum conjugale reddere; quin etiam aequum, ut, quemadmodum uxor se totam tradit marito, nec habet corporis sui potestatem, ita quoque maritus se totum tradat uxori, nec habeat corporis sui potestatem, 1. Corinth: 7. §. 4. Ut de testimonio saniorum Gentium & aliis ratiocinam, de quibus vid: Gerhard: L. de Conjug: §. 215. & seqq. Confer, quæ suprà Thes: 19. dicta: Matrimonium non considerandum in esse naturæ, sed in esse moris, & Thes: 18. Non omnia naturalia esse, juris naturalis.

F I N I S.

nnium legum , jus naturale p[er] sanctaque  
semper obleremus, nec unquam fucosam  
litiæ tincturam deformemus, sed jugiter addi-  
vinam gloriam , proximi commodum no-  
striq[ue] salutem i[n] animarum nostrarum  
scriptis florere & splendere vi-  
deamus!

N.B.

## Pr[em]o Carminibus priori Editioni associatis sequentia de Polygamiâ simul- tancâ magis proficua addere placuit.

Omninis ferè præprioris Politico-  
rum est opinio : Polygamiam non esse contra  
Jus Naturale. Contrarium probatur ex condi-  
tione finium , quos Natura matrimonio prefixit . I. finis  
est generatio & educatio liberorum. Per Polygamiam  
etiam quidem generatio , eaque copiosior pro au-  
gmento R[epublice] intenditur , interim tamen tota R[es]-  
publica pauciores cives nanciscitur ; ad h[oc]c virtus viri fini-  
ta est , & ad certum terminum contradicit , quo ergo pluri-  
bus abhæret , eò citius generate desinit. Idem de educatio-  
ne dicendum : quis enim tot liberis , multarum exortam ,  
genio & ingenio plurimum differentibus recte educandis  
sufficere , ac necessariam & sufficientem curam singulis  
impene

Impendere valebit. II. finis est mutuum adjutorium. Mutuum dicitur, & equalis est obligatio, innata igitur singulis, tam viris quam foeminis, zelotypia ipsis occulte quasi inspirat, ut neuter absque alterius zelotypia copiam sui alteri extraneo facere possit. Hinc sequitur: Si maritus non vult uxorem pluribus viris nubere, ergo nec ipse sibi plures foeminas jungat. Alias si jungit, contra se zelum uxoris excitat, quoniam ipsi injuria infertur, dum id, quod jure matrimoniali unicè & in solidum illi debetur, aufertur, & per superinductas afflictio inducitur, hinc ordinaticè lites, convicia aliaq; infinita incommoda sequi, adeoque ex adjudicorio purgatorium fieri necesse est. E contrario Arist: 8. Eth: 6. probat, perfectam amicitiam non admittere plures quam duos. Quoniam vero conjugium non immersum & arctissimum amicitiae gradus dici potest, ergo etiam non debet plures admittere quam duos. III. finis est scortationis evitatio, & remedium contra concupiscentiam. Pluralitas vero uxorum non extingvet, sed potius incendet libidinem, nec enim commodè poterit unus vis multis uxoribus debitum conjugale reddere; quin etiam æquum, ut, quemadmodum uxor se totam tradit marito, nec habet corporis sui potestatem, ita quoque maritus se totum tradat uxori, nec habeat corporis sui potestatem, I. Corinth: 7. ¶ 4. Ut de testimonio saniorum Gentium & aliis ritecam, de quibus vid: Gerhard: L. de Conjug: §. 215. & seqq. Confer, quæsuprà Thes: 19. dicta: Matrimonium non considerandum in esse naturæ, sed in esse motis, & Thes: 18. Non omnia naturalia esse, juris naturalis.

F I N I S.

minium legum , jus naturale p[er] sancteque  
semper obseruemus, nec unquam fucosam  
licitate incepturam deformentemus, sed jugiter ad di-  
vinam gloriam , proximi commodum no-  
striq[ue] salutem in animarum nostrarum  
scriptis florere & splendere vi-  
deamus!

N.B.

## Pro Carminibus priori Editioni associatis sequentia de Polygamiâ simul- tancâ magis proficiua addere placuit.

Omninis ferè præprioris Politico-  
rum est opinio : Polygamiam non esse contra  
Jus Naturale. Contrarium probatur ex condi-  
tione finium , quos Natura matrimonio prefixit. I. finis  
est generatio & educatio liberorum. Per Polygamiam  
etiam quidem generatio , eaque copiosior pro au-  
gmento R[epublice] intenditur , interim tamen tota Res-  
publica pauciores cives nanciscitur ; ad h[oc]c virtus viri fini-  
ta est , & ad certum terminum contracta , quo ergo pluri-  
bus abhæret , eò citius generate desinit. Idem de educatio-  
ne dicendum : quis enim tot liberis , multatani exortans ,  
genio & ingenio plurimum differentibus recte educandis  
sufficere , ac necessariam & sufficientem curam singulis  
impene

Impendere valebit. II. finis est mutuum adiutorium. Mutuum dicitur, & equalis est obligatio, innata igitur singulis, tam viris quam foeminis, zelotypia ipsis occulte quasi inspirat, ut neuter absque alterius zelotypia copiam sui alteri extraneo facere possit. Hinc sequitur: Si maritus non vult uxorem pluribus viris nubere, ergo nec ipse sibi plures foeminas jungat. Alias si jungit, contra se zelum uxoris excitat, quoniam ipsi injuria infertur, dum id, quod jure matrimoniali unicè & in solidum illi debetur, aufertur, & per superinductas afflictio inducitur, hinc ordinatè lites, convicia aliaq; infinita incommoda sequi, adeoque ex adjurorio purgatorium fieri necesse est. E contrario Arist: 8. Eth: 6. probat, perfectam amicitiam non admittere plures quam duos. Quoniam vero conjugium non immersum & arctissimum amicitiae gradus dici potest, ergo etiam non debet plures admittere quam duos. III. finis est scortationis evitatio, & remedium contra concupiscentiam. Pluralitas vero uxorum non extingvet, sed potius incendet libidinem, nec enim commode poterit unus vir multis uxoribus debitum conjugale reddere; quin etiam æquum, ut, quemadmodum uxor se totam tradit marito, nec habet corporis sui potestatem, ita quoque maritus se totum tradat uxori, nec habeat corporis sui potestatem, 1. Corinth: 7. §. 4. Ut de testimonio saniorum Gentium & aliis taceam, de quibus vid: Gerhard: L. de Conjug: §. 215. & seqq. Confer, quæ suprà Thes: 19. dicta: Matrimonium non considerandum in esse naturæ, sed in esse motis, & Thes: 18. Non omnia naturalia esse juris naturalis.

F I N I S.

nnium legum , jus naturale p[er] sancte que  
semper obseruemus, nec unquam fucosam  
licitate incepturam deformemus, sed jugiter ad di-  
vinam gloriam , proximi commodum no-  
striq[ue] salutem in animarum nostrarum  
scriptis florere & splendere vi-  
deamus!

N.B.

Pro Carminibus priori Editioni  
associatis sequentia de Polygamiâ simul-  
tancâ magis proficiua addere placuit.

Omninis ferè præprioris Politico-  
rum est opinio : Polygamiam non esse contra  
Jus Naturale. Contrarium probatur ex condi-  
tione finium , quos Natura matrimonio prefixit. I. finis  
est generatio & educatio liberorum. Per Polygamiam  
etiam quidem generatio , eaque copiosior pro au-  
gmento Republicæ intenditur , interim tamen tota Res-  
publica pauciores cives nanciscitur ; ad hæc virtus viri fini-  
ta est , & ad certum terminum contracta , quo ergo pluri-  
bus abhæret , eò citius generate desinit. Idem de educatio-  
ne dicendum : quis enim tot liberis , multatam exoriam ,  
genio & ingenio plurimum differentibus recte educandis  
sufficere , ac necessariam & sufficientem curam singulis  
impene